

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manipulus curatorum

Guido <de Monte Rocherii>

[Straßburg], 9. Feb. 1489

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-248607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248607)

Tercia pars principalis.

95

Incipit tertia particula principalis huius libri. in qua agit de articulis fidei. et de his q̄ pertinent ad populi informatōem.

Quoniam dominus et magister noster iesus christus de mundo ascēdit ad presens discipulos quos se haberet ad fideles quos suo redemerat sanguine instruens dixit. Eritis doctores omnes gentes. In quibus rectores ecclesiarum discipuli succedentes instruit et monuit ut sibi subditos doctrina sana et salutifera informaret. Ad id in lege veteri pulcherrime est figuratum. ubi legitur quod in rationali iudicio quod legalis sacerdos gerebat in pectore doctrina et veritas erant sculpta. In quo re dabatur intelligi quod euangelici sacerdotes veritatis doctrinam debent in se gerere. et eam suis subditis nunciare. alioquin sententiam maledictionis etne incurruunt. Sicut dominus per Isaiam cominatur dicens. Ne vobis canes muti non valentes latrare. Perito ergo rector ecclesiasticus canis dicitur qui latratu predicatiois et doctrine euangelice lupos. id est demones arcerere debet a grege domini. et dormientium in peccatis animas excitare. Sed tunc mutus efficitur cum desidia torpet. vel ex ingratis tacet. et merito a domino reprobat. Quia ex re sumope laborare debet et solerti ac sollicito animo vigilare ne diuine scientie ignorans existat. quoniam nullo modo ea scire tenet quod sciat suum officium debite exequi et sibi populum promissum informare. Et hoc quantum ad ea que ipse populus debet scire. Que que ad nunc possunt reduci ad quatuor. videlicet ad credenda ad peragenda. ad facienda. ad fugienda. et ad speranda. Per ergo rector ecclesiasticus sibi subditos instruere quod credendum. quod perendum. quod faciendum. quod fugiendum. et etiam quod sit sperandum. Primum pertinet in articulis fidei. secundum in petitionibus orationis dominice. tertium et quartum in preceptis decalogi. quantum in dotibus glorie paradisi. Et de istis in ista tertia particula est agendum. At secundum hanc ista tertia particula in quatuor capitula diuiditur. Capitulum primum erit de articulis fidei. Capitulum secundum erit de petitionibus orationis dominice. Capitulum tertium erit de decem preceptis. Capitulum quartum erit de dotibus beatorum.